169.

König Friedrich II. schenkt dem König Ottokar von Böhmen sein Eigengut Floss, die Burg Schwarzenberg, das Land Mylau mit Reichenbach, belehnt ihn mit Mantile und Luc, schenkt ihm ferner die Burg Dohna oder Ersatz dafür, wenn er solche vom Markgrafen von Meißen nicht sollte lösen können. **Basel, 1212 Sept. 26.**

Hdschr.: Or. Perg. Haus-, Hof- u. Staatsarchiv Wien. Die an rothen Seidenfäden hängende Goldbulle = Heffner VI. 50. 51.

Gedr.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. 1,218. Böhmer-Ficker 672.

— — Preterea castrum Donin cum suis pertinentiis donamus et confirmamus, si illud a marchione Missenensi absolvere poterimus, si vero ipsum castrum absolvere non poterimus, quicquid tres ab eodem rege electi imperii principes, qui tunc in gratia nostra fuerint cum tribus supanis decreverint, facere satagemus. Ut autem nostre liberalitatis donatio, concessio et confirmatio maiori utatur robore et evidentiori future successioni pateat veritate, presens privilegium per manus Henrici de Parisius notarii et fidelis nostri scribi et bulla nostra aurea iussimus communiri anno, mense et indictione subscriptis. — —

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo mense septembris, quinte decime indictionis, regni vero domini nostri Frederici illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti; regis Sicilie quinto decimo; datum in nobili civitate Basiliensi per manus Vlrici viceprothonotarii, sexto kal. octobris; feliciter amen.

(BA.)

170.

König Friedrich II. verspricht dem Erzbischof Berard von Bari die angegebenen Besitzungen seiner Kirche. — Zeuge: Landgraf Hermann. **Speier, 1212 Dez.**

Gedr.: Garruba, Serie crit. de' sacr. past. Baresi 1,238 nach einen Transsumpt von 1272. Danach Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. 1,232. Im Original befand sich ein Monogramm, das weiße Wachssiegel hing an rothen Seidenfäden. Böhmer-Ficker 683.

— — Huius rei testes sunt: Addulfus Coloniensis archiepiscopus. Sifridus Moguntinus archiepiscopus. Dietricus Treverensis archiepiscopus. Lupoldus Wormacensis episcopus[a]). Fredericus dux Lotharingie. Bertoldus dux Ciringie. Loddoycus dux Bavarie. Hermannus langravius Thuringie. Robertus de Say comes Loritelli. Gualterius Gentilis magnus comestabulus. Andreas Logotheta et Anselmus marescalcus.

Signum domini Frederici Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie.

Ego Conradus Spyrensis et [Metensis] episcopus imperialis aule cancellarius vice Sifridi[b]) Moguntinensis sedis archiepiscopi et Germanie archicancellarii recognovi.

170. *a)* Lupandus Wormanensis Archiep. *Druck.* *b)* Vitefridi *Druck.*